UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 10. Libicij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Visual Library

NVM. 10. *Libicij, hodie* la Seigneurie de Vercelles, la Lumeglia-ne, & partie du Montferrat au delà le Pô.

**VRBES LIBICIORVM.**

- VERCELLÆ: *Vercelli*, Gallis *Vercelles*; Marcellino Vercellum, vicus tãtùm Straboni, iuxta hanc vrbem erat auri fodina: ab vrbe non procul, ſcilicèt inter hanc & Laumellum, & Nouariam RAVDII CAMPI, in quibus deuicti Cymbri à Mario 100 millibus trucidatis, vt ait Velleius lib. 2. Auctor de viris illuſtribus, & Florus vocant huius cædis campum Raudium, quorum veſtigia inuenit Cluuerius in vico *Rubio*.
- LAVMELLVM: *Lamello*, & *Lumello*, vnde dicta eſt Regio Laumellana, quæ perperam apud Plinium Alliana ſcribitur, vt ingenioſè ſuſpicatur Cluuerius.
- Rigomagus: *Trino*, nobis *Trin*; Magus autem pontem videtur ſignificare, vt aliàs innuimus.
- Quadrata: *Creſcentino*.

**FLVVII LIBICIORVM.**

- Orgus, Plinio Morgus: *Orco*.
- Duria maior Auguſtam Prætoriam alluens: hodie *la Doria Baltia*, aliter *la Doria Bautia*.
- Seſſites Vercellas intingens, aliter Seſſis, vel Seſtis: hodie *Seſſia*, item & *Senza*, & *Siſſia*, & *Seſſa*.

NVM. 11. *Salaſſi, hodie* le Val d'Aoſte, & quelque partie du Piedmont.

**VRBES SALASSO-**

- AVGVSTA PRÆTORIA condita ab Auguſto eodem loco, quo Terentius Varro caſtra fixerat, dum gentem hanc rebellem exſcindebat: hodie *Aôſte*. Hæc à Solino & Capella dicitur Italiæ Limes.
- EPOREDIA: ſic dicta à Gallis à voce *Eporedicâ*, quæ ſignificat *bonos equorum domitores*, ait Plinius lib. 3. cap. 17. Ad hanc ſaliunca optima creſcebat; eóque deducta Colonia eſt teſte Paterculo Mario ſexies, Valerióque Coſſ. annis 18. poſt Narbonam, ab eo tamen malè collocatur in Vagiennis: hodie *Yurée*, & *Inurea*, & *Lamporegio*.